



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

CXXXV. Der Erzbischof Gieselbert von Bremen thut die Markgrafen von Brandenburg in den Bann, am 15. Febr. 1303.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

eo modo, quo omnia in mandato apostolico scripta sunt, fideliter exequatur, et ecclesiasticum canonicè servetis interdictum evitando penas supra nominatas. Datum Hed Zakere, anno domini M^o. CCC^o. secundo, III. mensis May.

Nach dem Originale.

CXXXIV. Friedrich, confirmirter Bischof von Brandenburg, trägt als Domherr von Halberstadt und Archidiaconus in Utesleben dem Pfarrer Johann von Heudeber auf, in seinem Namen den Johann von Dreinleben als Pfarrer zu Derenburg einzuführen, am 9. Februar 1303.

Fredericus, dei gratia Brandenburgensis ecclesie a sede apostolica provifus et confirmatus, canonicus majoris ecclesie Halberstadenfis ac archidiaconus banni in Utesleve, disereto viro domino ac magistro Johanni plebano in Hadebere salutem in domino sempiternam. Auctoritate prefencium discrecioni vestre precipimus firmiter et mandamus, quatinus dominum Johannem dictum de Drenleve, sacerdotem, exhibitorem presentium, cui ex presentatione . . sanctimonialium novi claustrum Halberstadenfis ad ecclesiam in Derneborg sibi collatam, curam animarum ejusdem ecclesie pure propter deum porreximus, in corporalem possessionem prefate ecclesie nostri nomine quantocius inducatis, precipientes ipsis civibus, ut eidem Johanni debitam exhibeant reverenciam pariter et honorem, sint quoque sibi obedientes in omnibus ut tenentur. Sigillo electionis nostre utimur ista vice. Datum Zegifere, anno domini M^o. CCC^o. tercio, crastino beati Dyonisi et sociorum ejus beatorum.

Nach dem Originale im Besitze des Thüringisch-Sächsischen Vereins in den N. Mittheilungen IV, 2, S. 49. Diese Urkunde wird zwar von dem selbsten Herausgeber in den Monat October 1303 gesetzt, da der Tag des heiligen Bischofs Dionisius auf den 10. October fällt. Indessen unter dem Datum der vorstehenden Urkunde ist ohne Zweifel der Tag der Märtyrer Dionisius, Amilianus und Sebastianus, der sonst auch wohl der Tag Dionisii und seiner Gesellschaft heißt, mislin, da dieser Tag auf den 8. Februar fällt, der 9. Februar zu verstehen.

CXXXV. Der Erzbischof Gieselbert von Bremen thut die Markgrafen von Brandenburg in den Bann, am 15. Febr. 1303.

Giselbertus, dei gratia sancte Bremenfis ecclesie archiepiscopus, venerabilibus patribus et fratribus archiepiscopis, episcopis Maguntinensi, Magdeborgensi, Caminenfi et eorum suffraganeis, nec non abbatibus, prepositis, decanis, archidiaconis, viceprepositis, rectoribus, plebanis, exemptis, privilegiatis, provincialibus, prioribus et fratribus majoribus, nec non ministris, custodibus, gardianis et fratribus minoribus, Augustinensibus, Cysterciensibus et quibuslibet aliis religiosis, cujuscunque conditionis et ordinis existant, et clericis secularibus et precipue reverendo in Christo patri ac domino episcopo Caminenfi, ac priori et lectori et fratribus predicantibus, gardiano, lectori et fratribus domorum Prenslaviensium, ibidem plebano seu viceplebano, in Pascewale priori, lectori et preposito seu plebano ibidem aut vicepreposito vel viceplebano, in novo Tangermunde

Hauptth. I. Bd. VIII.

gardiano, lectori et fratribus predicantibus, in nova et antiqua Brandeborch gardianis et lectoribus et fratribus predicantibus, in Steindal, Saltwedele, Sehufen, Granzoge, Robele, in nova civitate Brandeborch, in Borch, in Magdeborch, in Halverftad, in Serwift prioribus, gardianis singulisque fratribus in dictis provinciis et in diocesi Caminenfi predicantibus, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem in domino sempiternam. Noveritis nos mandatum sanctissimi patris ac domini nostri Bonifacii pape octavi non cancelatum, non abolitum, nec in aliqua parte sui vitiatum sub vera bulla recepisse plenius in hec verba: Bonifacius etc. Datum Laterani VI. id. Februarii, pontificatus nostri anno octavo. Nos igitur auctoritate mandati, quod preterire nec possumus, nec audemus, penas prefertim in ipso mandato contentas, evadere cupientes, vobis omnibus et singulis auctoritate nobis in hac parte commissa, salva reverentia dignitatum et personarum sub pena suspensionis ab ingressu ecclesie, quantum ad archiepiscopos, excommunicationis autem, quantum ad alios inferiores clericos, quam in his scriptis in vos singulos et quemlibet vestrum ferimus, si mandatum nostrum, imo verius apostolicum neglexerit adimplere, quatenus supra nominatos marchiones Brandenburgenses Ottonem, Conradum officialesque et complices ipsorum in hac parte publice excommunicatos in ecclesiis vestris pulsatis campanis et accensis candelis nuncietis, usque ad condignam satisfactionem singulis diebus dominicis *) — — — — — predicationibus vestris et orationibus ad populum per dictos dominos marchiones Ottonem, Conradum et eorum advocatos, officiales, clericos et laicos, in hac parte complices auctoritate apostolica publice nuntietis excommunicatos singulis diebus dominicis et festivis et specialiter fratribus in Prenslavia, in Pozwale, in nova Tanghermunde, in nova et antiqua Brandenburg, Granzoge et in Kiritz, in Sehufen, in Stendal, in Saltwedele, Berlin, Vrankenvorde, Struceborch, Cerwift, Magdeborch, Borch, Halverftad et in tribus provinciis supra scriptis fratribus universis sub pena excommunicationis supradicte mandamus exequi diligenter. Item singulos clericos sacramenta ecclesiastica prophanantes et qui mandatis apostolicis non obediunt et divina celebrant, imo verius prophanant, excommunicatos et irregulares publice nuntietis, et ut similia faciant, sub penis predictis mandamus omnibus majoribus et minoribus prelati et suprascriptis clericis universis, ipsum quoque interdictum etiam ab omnibus exemptis, privilegiatis seu non privilegiatis, fratribus majoribus et minoribus, Cisterciensibus et quibuscunque religionis cujuscunque ordinis, ut supradictum est, observari strictius facientes, non obstante appellatione, si qua interposita est, cui non deferimus ex eo, cum nulla nobis de supra scriptis cognitio sed mera tantum sit executio demandata. In hiis etiam exequendis nullus vestrum alium expectet sed unusquisque mandatum recipiens sub penis supra contentis eo modo, quo omnia scripta sunt, fideliter exequatur. Omnibus autem Archiepiscopis et episcopis supra nominatis sub pena suspensionis ab ingressu ecclesie ceteris vero sub pena excommunicationis, ut supra dictum est, precipimus observari. Datum Stadis anno domini M^o. CCC^o. III^o., feria quinta post festum beati Dionysii martyris et sociorum ejus.

Nach dem Originale.

*) Die Urkunde ist von hier ab überaus lückenhaft und unleserlich.